Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Hic Incipe de Beata Virgine

luminis uetustas mundi depulerit genitus tenebras. Nec
nox uacat noui syderis luce quod magorum oculos terruit scios
Nec gregum magistris defuit lumen quos prestrinxit claritas
militum dei. Gaude dei genitrix quam circumstant obstetri
cum concinentes angelicam gloriam domino. Xpe patris unice qui huma
nam nostri causam formam assumpsisti refone supplices tuos.
Et quorum participem te fore dignatus es ihesu dignanter eorum
suscipe preces. Ut ipsos diuinitatis tue participes deus facere
digneris Unice dei In natiuitate beati Stephani prothomartiris
Hanc concordi famulatu colamus sollempnitatem. Auctoris
illius exemplo docti benigno. Pro persecutorum precantis fraude
suorum. O stephane signifer regis summe boni nos exaudi. Pro
ficue qui es pro uiis exauditus inimicis. Paulus tuis precibus
stephane te quondam persecutus xpo credit. Et tecum tripu
diat in regno cui nullus persecutor adpropinquat. Nos proinde
nos supplices ad te clamantes et precibus te pulsantes. Oratio
sanctissima nos tua semper conciliet deo nostro. Te petrus xpi
ministrum statuit tu petro normam credendi astruis. Ad dex
tram summi patris ostendendo quem plebs furens crucifixit
Te ihesus xps elegit stephane. Per quem fideles suos corroboret. se
ipsum inter rotatus saxorum solatio manifestans. Nunc inter inclitas
martyrum purpuras coruscas coronatus. Johannis euangelie
Johannes ihesu xpo multum dilecte uirgo. Tu eius amore car
nalem. In naui parentem liquisti. Tu leue conuigis pectus re
spuisti messiam secutus. Ut eius pectoris sacri meruisses flu
enta potare. Tu quoque in terra positus gloriam conspexisti filii dei. Que
solum sanctis in uita creditur contuenda esse perenni. Te xps
in cruce triumphans matri sue dedit custodem. Ut uirgo